

decem libras annuas, durante vita sua, ex concessione nostra nuper habuit inter alia, dum vivebat; eo quod expressa mentio de aliis donis et concessionibus eidem Johanni per nos, ante hec tempora, factis in presentibus facta non existit, aut aliquo estatuto, actu, ordinatione, appunctamento sive restrictione inde in contrarium ante hec tempora edita, facta seu ordinata (*sic*), in aliquo non obstantibus.

In cujus rei testimonium, litteras nostras fieri patentes fecimus.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, vicesimo primo die julii, anno regni nostri vicesimo quarto.

Per breve de privato sigillo, et de data predicta auctoritate Parliamenti.
— Fixston.

¹⁾ G. de Lunes fut nommé prévôt de Libourne le 6 mars 1423, et obtint la charge de contrôleur de Saint-Éloi, à Bordeaux, le 15 juillet 1438.

**LETTRES-PATENTES de Henry VI en faveur de Guillotin et Mandot
de Lansac (f^o 103, r^o).**

N^o CCXXXI

1^{er} Janvier 1446.

Le Roi concède à G. et M. Andron de Lansac, et à leurs héritiers, tous ses droits sur les seigneuries de Laforce⁽¹⁾ et de Manduran, et sur tous les autres biens qui ont appartenu à feu Élie Prévost, leur oncle, et que la fille et héritière de celui-ci a perdus, en épousant un partisan des Français. Les frères de Lansac se sont, du reste, mis en possession du patrimoine dont il s'agit, de l'avis du Conseil de Guyenne. Seulement, Jean d'Abazac a expulsé leurs serviteurs de Laforce⁽²⁾.

Henricus, Dei gratia, rex Anglie et Francie et dominus Hibernie, omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem.

Monstraverunt nobis humiles ligei, vassali et subditi nostri Guillotinus Andron, miles, et Mandot Andron, armiger, de *Lansac* nuncupati, quod Helias Prevost, miles, dominus de La Forssa et de Manduran, in patria de *Peregort*, defunctus, in ultimo testamento suo, Johannem Prebost, filium suum, suum heredem fecit, estatuit (*sic*) et ordinavit, et, post decesum ipsius Johannis, si sine heredibus in vero matrimonio procreatis obierit, suam fecit heredem Mariotam, filiam suam, et, si eadem Mariota sine

N° CCXXXI heredibus in vero matrimonio procreatis obierit, prefatum Guillotinum, nepotem suum, suum fecit et statuit heredem universalem, ipsoque Guillotino obeunte, prefatum Mandot suum heredem universalem similiter fecit et statuit; et quod predictus Johannes, absque aliquo herede de se descendente, obiit; per quod predicta Mariota heres existit; que quidem Mariota omnibus diebus suis in patriis nobis rebellibus nutrita fuit, et cuidam Beaupot, partem adversariorum nostrorum tenenti, est maritata, ut dicitur; unde hereditates predicte nobis pertinent et pertinere debent; et, si rebellio preffate Mariote facta non fuisset, hereditates ille, vigore testamenti predicti, prefatis Guillotino et Mandot, per successionem descendere potuissent; qua quidem occasione, predictus Guillotinus, postquam prefatus Helias defunctus extitit, de avisamento Consilii nostri apud civitatem nostram Burdegale existentis, possessionem in dicto loco de La Fforssa cepit, illumque diu tenuit, quousque quidam Johannes d'Abazac, eundem locum de La Fforssa intravit, et abinde servitores ipsius Guillotini expulit, et, per illud modum, eundem locum de La Fforssa, cum suis pertinentiis, absque aliquo titulo justo et contra rationem, a diu occupavit et adhuc occupat :

Nos, nedum (?) premissa, verum etiam bona servitia nobis per prefatos Guillotinum et Mandot in guerris nostris Ffrancie, et aliter, a diu impensa considerantes, de gratia nostra speciali, dedimus eisdem Guillotino et Mandot, et eorum alteri, pro se et heredibus suis quibuscumque, totum jus quod nobis in dictis locis de La Fforssa et Manduran, ac omnibus aliis hereditatibus, redditibus, reventionibus et possessionibus que fuerunt predicta (*sic*) Helie et ei pertinuerunt, occasione rebellionis predicte Mariote, pertinet.

In cujus rei testimonium, has litteras nostras fieri fecimus patentas.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, primo die januarii, anno regni nostri vicesimo quarto.

Per ipsum Regem, et de data predicta auctoritate Parliamenti. —
Sturgeon.

(¹) Laforce, chef-lieu de canton, arrondissement de Bergerac (Dordogne).

(²) Cet acte est mentionné dans le *Catalogue des Rolles gascons*, t. I, p. 230. — Voyez ci-dessous les n° CCXXXII et CCXXXIII.

MANDEMENT de Henry VI en faveur de G. et M. de Lansac (f° 103, r°).

N° CCXXXII

1^{er} Janvier 1446.

Le Roi mande au sénéchal de Guyenne, au connétable de Bordeaux et au juge de Gascogne, de mettre G. et M. de Lansac en possession des seigneuries de Laforce et de Manduran, qu'il leur a concédées, ainsi que de tous les autres biens de sen E. Prévost (1).

Henricus, Dei gratia, rex Anglie et Francie et dominus Hibernie, senescallo suo Acquitanie, constabulario Burdegale et judici Vasconie, ac eorum locatenentibus, et eorum cuilibet, salutem.

Cum, per litteras nostras patentis, de gratia nostra speciali, dederimus humilibus ligeis, vassalis et subditis nostris Guillotino Andron, militi, et Mandot Andron, armigero, de *Lansac* nuncupatis, et eorum alteri, pro se et heredibus suis quibuscumque, totum jus quod nobis in locis de La Fforssa et Manduran, in patria de *Peregort*, ac omnibus aliis hereditatibus, redditibus, reventionibus et possessionibus que fuerunt Helie Prevost, militis, domini de La Fforssa et de Manduran, et ei pertinuerunt, occasione rebellionis Mariote, filie et heredis predicti Helie, cuidam Beaupot, partem adversariorum nostrorum tenenti, maritate, ut dicitur, prout in litteris predictis plenius continetur :

Vobis mandamus quod ipsos Guillotinum et Mandot in realem et corporalem possessionem locorum, hereditatum, reddituum, reventionum et possessionum predictorum ponatis et inducatis, aut poni aut induci faciatis, habendum juxta tenorem litterarum nostrarum predictorum.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, primo die januarii, anno regni nostri vicesimo quarto. — Sturgeon.

(1) Voyez le n° CCXXXI ci-dessus.

N° CCXXXIII **MANDEMENT de Henry VI en faveur de G. et M. de Lansac** (f° 103, r°).

1^{er} Janvier 1446.

Le Roi mande aux maire et jurats de Bordeaux de mettre G. et M. de Lansac en possession des seigneuries de Laforce et de Manduran, ainsi que de tous les autres biens de feu E. Prévost (*).

Henricus, Dei gratia, rex Anglie et Francie et dominus Hibernie, majori et juratis civitatis sue Burdegale, et eorum cuilibet, salutem.

Cum, per litteras nostras patentes, de gratia nostra speciali, dederimus humilibus ligeiis, vassallis et subditis nostris Guillotino Andron, militi, et Mandot Andron, armigero, *de Lanssac* nuncupatis, et eorum alteri, pro se et heredibus suis quibuscumque, totum jus quod nobis in locis de La Fforssa et Manduran, in patria *de Peregort*, ac omnibus aliis hereditatibus, redditibus, reventionibus et possessionibus que fuerunt Helie Prevost, militis, domini de La Fforssa, et de Manduran, et ei pertinerunt, occasione rebellionis Mariote, filie et heredis predicti Helie, cuidam Beaupot, partem adversariorum nostrorum tenenti, maritate, ut dicitur, prout in litteris predictis plenius continetur :

Vobis mandamus quod ipsos Guillotinum et Mandot in realem et corporalem possessionem locorum, hereditatum, reddituum, reventionum et possessionum predictorum, ponatis et inducatis, aut poni et induci faciatis, habendum juxta tenorem litterarum nostrarum predictorum.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, primo die januarii, anno regni nostri vicesimo quarto. — Sturgeon.

(*) Voyez le n° CCXXXI ci-dessus.



LETTRES-PATENTES de Henry VI en faveur de G. et M. de Lansac
(f^o 103, v^o).

N^o CCXXXIV

20 Mai 1446.

Le Roi renouvelle, mais à titre héréditaire, et sans limitation de revenu, la donation qu'il avait faite, six ans auparavant ⁽¹⁾, à G. et M. de Lansac, des maisons nobles du Breuil et de Tastes ⁽²⁾.

Henricus, Dei gratia, rex Anglie et Francie et dominus Hibernie, omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem.

Sciatis quod, cum nos nuper, per sex annos elapsos, consideratione servitorum nobis per dilectos et fideles subditos nostros Guillotinum Andron, dominum de Lanssac, militem, et Mandot Andron, de Lanssac, armigerum, fratres, in ducatu nostro Aquictanie oriundos, impensorum, de gratia nostra speciali, dederimus eisdem fratribus, pro termino vite eorum et alterius eorum superviventis, hospitium, terras et dominia de Breuel et de Tastes, in dicto ducatu nostro Aquictanie situata, prout in litteris nostris patentibus inde confectis plenius continetur :

Nos, consideratione et in recompensationem honorum et gratuitorum servitorum que predicti Guillotinus et Mandot nobis in factis guerrarum nostrarum, tam in regno nostro Francie, quam in ducatu nostro Aquictanie, et alibi, ad suos grandes custus, expensas, impenderunt et impendent in futurum ; ac pro eo quod ipsi litteras predictas nobis in cancellariam nostram restituerunt cancellandas : de gratia nostra speciali, dedimus eisdem Guillotino et Mandot dicta hospitium, terras et dominia de Breul et de Tastes, cum pertinentiis et dependentiis suis quibuscumque, in quocumque valore seu estimatione existunt ; habendum et tenendum, sibi et heredibus suis de corporibus eorum procreatis, quousque sibi per nos de consimilibus locis et de consimili valore in patriis *de Medoc* aut *Burdegalensi*, vel alibi, fuerit provisum.

In cujus rei testimonium, has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, vicesimo die maii, anno regni nostri vicesimo quarto.

Per breve de privato sigillo, et de data predicta auctoritate Parlamenti.
— Sturgeon.

⁽¹⁾ Cette donation avait été faite par des lettres-patentes du 26 mai 1439, mentionnées